





1664.

1^a, b, c Bornius, Jacobus: Disputatio I et universum
jus judicium commune et Saxonicum. 3 Exempl.
1664, 1678 et 1704

2. Bornius, Jacobus: De solutione pupillae ac minorum.
et ab eis facta facienda.

3. Brummerus, Augustus: De locatione et conductione

4. Eckell, Amadeus: De Saxonico interdicto.

5. Eckell, Amadeus: De quinquennialibus induciis

6. Eckell, Amadeus: De actione institoria.

7^a et Kuchlerian, Georgius Guilielmus: In monetarum.

2 Exempl. 1664 et 1738.

8. Lesbenzianus, Gumperto Guilielmus: Specimen quaestionum
philosophicarum ex iure collectarum

9. Noricus, Johannes Ernestus: Expositio iuristica tit. pauperum
et. cod. ad S. l. Vellejanum.

10. Noricus, Johannes Ernestus: De tacita hereditate

11. Noricus, Johannes Ernestus: De fictione

1664.

12. Noisius, Johannes Inustus : De aequitate.
13. Romanus, Paulus Franciscus : De societate
- 14² et Romanus, Paulus Franciscus : De osculis -
2 2 exempl.
15. Schacher, Christophorus Hartmannus : De legitima parente.
- Fusus
16. Schacherus, Aurivius : De juramento suppletorio
17. Srendenduerffer, Barth. Leonhardus : De exceptione
18. Srendenduerfferus, ^{Georg. Tobias} Barth. : Posthumerorum jura
- 19² et Harck, Christophorus Maior : Iustum Putacem ^{verus}
: Saxonicae insignie. 2 2 exempl.
20. Weire, Christianus : De T. Livii Romanis.
21. Werthern, Guallob, vna : De jure precariae.



166

12.

13.

14^a
7

18

16

17

18.

19^a

20

21.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



1664, 6 7
8/11

Divina Favente Gratia

&

Magnifici Jctorum Ordinis

permissu

DE

ACTIONE IN- STITORIA,

Disputationem

Sub *PRAESIDIO*

VIRI

Nobilissimi, Consultissimi & Excellentissimi

DN. AMADEI ECKOLTS,

Phil. & J. U. Doct. ac Profess. Publ. Facult.

Juridicæ Assessoris, &c.

Dn. Praeceptoris, Patroni & Hospitis sui

ateternum devenerandi,

Publicè examinandam proponit

JOHANNES MATTHIAS Sommer

Itzehoâ Holfatus,

AUTOR

In Illustri Hermundurorum Academia

Ad d. Februarii

ANNO *clō* *lōc* LXIV.

LIPSIAE,

Literis JOHAN-ERICI HAHNII.





IN NOMINE JESU!

Leges universales benè constitutæ Reipubl. quam optimè conducere, constans Politicorum est monitum; cum enim ob varietatem negotiorum plures emergant casus, casus autem tot, quot accidentia, accidentia verò infinita & innumerabilia sint, ita ut de singulis peculiare leges ferri haud queant, quippè quæ non solum multarum litium causæ, sed præterea efficerent, l. ob multitudinem planè negligi, aut certè non esse in viridi observantia. Quod & comprobare suo calculo videtur *Tacitus lib. 11. Annal.* inquiring, *in corruptissima Republicâ, plurimæ leges*; idem jam suo tempore accidisse testatur *Sveton. in Claudio c. 16.* Leges itaqve universaliter & perspicuè concipiendæ, ut licet non expressè incidentes in se contineant casus, attamen ob rationis identitatem possint per interpretationem ad similia applicari, strictumqve jus summæ æqvittatis favore mitigare. Hoc ipsum Prætor in actione, quam pertractandam suscipere animus est, probe perpendens, cum videret, nullam jure civili actionem esse proditam, nisi adversus eos, qui vel ad dandum l. faciendum ex suo contractu sunt obligati *l. 25. ff. de O. & A. §. 1. Inst. de Actionibus l. 1. §. 16. ff. ad Sct. Trebell.* ut pote cum jure stricto, nemo possit ex alterius conventionione obligari l. conveniri *arg. l. pen. C. quod cum eo*; omnisqve obligatio fundamentum

tum & initium ex persona ejus, quæ contraxit, capiat §. 3. *Instit. de inutil. stipul. arg. l. 27. §. 4. in f. ff. de pactis, arg. l. 1. 2. Et tt. C. ne filius pro Patre, arg. l. 1. Et tt. C. ne uxor pro marito Wesenc. in w. b. t. n. 2. Ludvvel. in Comment. Inst. quod cum eo. Rittershusius d. t. Tbolosan. Syntagm. juris univers. lib. 29. c. 12. Wissenb. disp. 28. part. 1. 0. 1.* Iniquum verò esse, eum qui certæ negotiationi suo nomine quempiam præposuisset, quo cum contraheretur, non solum non obligari, sed & sentire commodum, onere procul à se amoto: hoc cum non tantum contra principia justitiæ moralis *arg. l. 11. ff. de J. Et J.* sed & maximè naturali æquitati dissentaneum, secundum enim naturam est inquit *Paulus in l. 10. ff. de R. J. incommoda* cujusque rei eum sequi, quem sequuntur commoda. De qua iniquitate *Vellejus Paterculus lib. 1. conqverens*, dicit, indignissimam fuisse immanitatem Syllæ in præscribendis Romanis civibus, ut exclusi opibus paternis filii Senatorum, cum & Senatorii ordinis jura perdidissent, nihilominus onera sustinerent. Prætor E. (seu viva vox legis *l. 8. ff. de J. Et J. intercedens*,) ob utilitatem publicam in commerciorum usum stricti juris duritiem mitigavit, certamque actionem, aut potius ordinariæ actionis novam & adjectitiam qualitatem introduxit, qua quis ex alterius contractu certo modo possit conveniri *l. 1. pr. l. 11. §. 2. ff. b. t. §. 2. Inst. quod cum eo*. Satisfecit E. juri legitimo exinde, quod aliud sit illud, aliud jus æquum, & æquo melius, quæ E. æquitas est juris positivi correctio *Arist. 5. Ethic. 10.* juri legitimo auctoritatem suam reliquit Prætor, aliterque saltem statuit ex principiis naturalis æquitatis desumptis, adeoque jus legitimum non tam correxit, quam moderatus est *arg. l. 1. ff. de restitut. in integrum. junct. l. 7. §. 1. ff. de J. Et J. l. 1. ff. de minor.* Utilem E. ac cognitu maximè necessariam esse hanc

hanc actionem nemo non videt, tum summam æquitate-
tem, quam Prætor ipse allegat *in l. 1. ff. b.* tum ob com-
merciorum usum, quibus cum non semper cives vel ob
locorum, qui commerciis sociantur, distantiam, l. ob
commerciorum molem, l. conditionis suæ eminentiam,
aliave impedimenta ipsi præesse queant, alio ministerio
uti possent. Summa itaque materiæ hujus præstantia in
causa fuit, quo minus hunc spatiosissimum campum hanc
amplissimam disputandi materiam ingredi non dubita-
verim. Ut verò omine felici omina succedant,
Summe Deus nostris feliciter annue coeptis!

CAP. I.

De Tractatione nominali.

THESES. I.

Um in omni, præcipuè verò juris disciplina re-
rum quidem potior, verborum verò ac nominum pri-
or sit habenda ratio *l. 1. ff. de R. C. l. 7. in f. ff. de suppell.*
leg. l. 1. pr. ff. de J. & J. non abs re sanè me facturum puto, si in
præsenti themate, prius nominis notationem, variasque ejus si-
gnificationes paucis attingam, quàm ad ipsius rei pertractatio-
nem descendam.

II. Etymon vocis Institoris solerter inquirat *Alciatus 2.*
παρεργων c. 20. ubi notat Institorem quasi antistitorem vocari,
item ab insistendo h. e. urgendo suo negotio. Unde & *Juvenal.*
Institor hyberna tegetis, & Quintilianus, Institor eloquentia. item, jacta-
tor, venditor, ut & *Navius, Poëta, instare mercatura,* dixit, in versu,
quem refert *Nonius Marcellus, instat mercatura, spero rem faciet*
frugi est homo. *Simplicius & magis juridicè Meierus in C. J. A. t. b. t.*
h. t. ex l. 3. ff. eod. ab instando, quod sc. tabernæ vel negotiationi,
cui præpositus est, instet, h. e. uti *Rittershusius in comment. Instit. ad*
S. 2. quod cum eo, explicat, summa cum cura & sollicitudine incum-
bat & urgeat.

A 3

III. Cir-

III. Circa Homonymiam occurrit (1.) latissima & minus propria significatio, qua generaliter quis extra negotiationem alicui negotio peragendo à Domino præpositus Institor dicitur in *l. 5. pr. ff. h. t. l. 13. & 15. ff. de instructo & instrumento legato*. Ut & qui cauponæ præpositi sunt, & in publicis diversoriis operas suas locarunt; nostratibus die Hausvögte/ Hausknechte/ Schaffer Institores vocantur, vid. *Dn. Mevius ad Jus Lubecense lib. 3. tit. 6. artic. 6. n. 14. & seq.* quo sensu etiam sumitur in *l. 1. §. 3. ff. nauta, caup. stabularii*, & hujus in generaliore significato variae recensentur species in *d. l. 5. ff. h.*

IV. Minus lata propria & usu receptior est significatio, qua quis tabernæ, mercibus distrahendis emendisqve mensæ (banco, caffè) aut cuilibet alii negotiationi quæstus ergo est præpositus, *Duaremus comment. juris h. t. c. 1. Wesenb. in x. cod. n. 1. Bach. Tr. de act. disp. 8. th. 10. Mevius ad Jus Lubecense lib. 3. tit. 6. artic. 5. l. 3. §. 16. 18. ff. l. 3. C. h. t. §. 2. Inst. quod cum eo*, ubi iterum dux se sistunt species, quidam enim simpliciter ministri sunt, in tabernis ad merces emendas vendendasqve constituti *l. 18. ff. h. t. Germanis ein Laden oder Gaben Diener/ it. ein Gabens oder Gewölbs-Berwalter/ vid. C. J. A. h. t. §. 1. & Sichard. ad Rubric. C. de Instit. & Exercit. act.* & horum contrahendi facultas olim dependebat ex lege præpositionis, hodie plerumqve consuetudo cujusqve loci inspicitur *Gothofredus ad l. 11. §. 3. ff. h. t. & ex iis, ad qua Dominus eorum opera uti solitus fuit negotiis æstimatur. Stam. de Servit. personal. lib. 2. c. 25. n. 12.*

V. Altera species est eorum, qui à Dominis ipsis in exteras regiones ad coëmandes & transmittendas merces ablegantur, & hi plerumqve sub liberiori potestate sunt; cum enim Domini propter absentiam & locorum distantiam commodè illis mandata ad unumquemqve contractum perficiendum injungere hand queant, expedit, ut illis liberior potestas non denegetur, unde & Procuratoribus cum libera comparari posse putat *Cópp. decis. 21. n. 1. & 2.* & hos usus hodiernus vocat Factores, *Besold. in Thesouro Practico verbo Factor, Zanger. tr. de except. p. 2. c. 1. Speidelius in notabil. Jurid. Historic. Polit. nomine Factor. Wesenb. in x. ff. h. t. n. 1. Mejerus in C. J. A. h. t. §. 1.* Vocabulo parum latino & semi-barbaro

3,
b
L
2

barbarouti contendit *Treutler. disp. 24. vol. 1. θ. 7. lit. E.* An verò idem sit Institor & Factor, non ausim dicere; licet enim promiscuè utraqve appellatione Doctores præsertim vetustiores utantur, vid. *Decium Consil. 510. n. 5. Elbert. Leonin. Consil. 45. Wesenb. in τ. ff. h. t. Harprecht ad §. 2. Inst. quod cum eo*, attamen cum Institoris appellatio jure nostro latissimè pateat, vereor, an istam laxitatem exæquet verbi Factoris vis, quam ex hodierno more habet.

VI. Quoad Synonymiam, jure civili vox Institoris rarò aliam sortiri appellationem in aprico est, is enim qui à Domino negotiationi peragendæ præpositus est, perpetuo fermè Institor vocatur *l. 18. ff. h. t. §. 2. Inst. quod cum eo*, nisi quod veteres cum quoque officinatorem dixisse observavit *Cujac. in τ. C. h. t.* interdum tamen qui pecuniis scenerandis sunt præpositi *l. 5. §. 2. l. 19. §. ult. ff. h. t.* cum alias negotiatio à scenebri pecunia distingvatur *§. 5. verb. & potest. Inst. quod cum eo*, qui redempturis reddituum faciendis *l. 5. §. 2. ff. h. l. 29. locati*, qui mensæ *l. ult. h.* qui Calendario præpositi sunt *l. 41. ff. de R. C.* Institores appellari videmus: attamen in restrictiori significato, ut species Institoris non inepte quis dixerit, de quorum officiorum differentiis suo more eruditè differit *Alciatus ad l. 41. ff. de R. C.* Gallis eodem modo ut Germanis dicit, un Facteur, Italis, Factore, Belgicis etn Facteur/ plura recenset, *Mornacius in suis observationibus ad l. 3. h. t.* Tantum de tractatione nominali.

CAP. II.

De definitione actionis Institorie ejusq; divisione.

I.

TRACTATIONI nominali, succedit jam realis, definitio; ex qua tanquam potissima rei parte, vis & natura rei investigari potest, *Everhard. in top. loc. 15. defin.* Omisiss autem aliorum definitionibus, cum *Excellentiss. Dno Præside, Præceptore meo* ætatè venerando *in comment. π. ad h. t.* Institoriam ita definit; quod sit actio

actio in personam, certa qualitate à Præatore aucta, qua agit is, ejusque heres, qui cum Institore secundum præscriptam formam contraxit, adversus præponentem, ejusque heredem in solidum.

II. Constat hæc definitio genere & aliis definitionum requisitis, generis loco ponitur (1) quod sit actio, quod non tantum ex eo, quod expressè inscribatur *rubrica in ff. & C. de Instit. actione*, sed & inde elicitur, quod ei competat definitio actionis, à Justiniano in *pr. Inst. & à Celso in l. 51. ff. de O. & A.* positæ, siquidem actor hic persequitur quod sibi debetur, accedit quod in §. 2. *Inst. quod cum eo & §. 10. de Act.* annumeretur actionibus à Præatore introductis; (2) personalis, quia ex jure ad rem, siue unico vocabulo ex obligatione provenit, notum autem quod obligatio tantum pariat actiones personales juxta *l. 42. §. 2. ff. de procurat.*: obligatio autem semper oritur ex contractu l. quasi aut ex maleficio vel quasi §. 2. *Inst. de obligat. arg. l. 25. §. 1. ff. de O. & A.* at quin nostra actio sit ex contractu dilucidè probatur in *l. 1. ff. h. t.*

III. Diximus (3) certa qualitate à Præatore aucta; nimirum hac, quod illi, qui cum Institore contrahunt, obligationem & actionem acquirant adversus præponentem, secus ac de jure civili, quo alteri per alterum non acquiritur obligatio *l. 25. ff. de O. & A.* ut pote cum obligatio personis ad hæreat, ideo adversus alium, quam cum quo contractus celebratus, Actio personalis institui non potest, excepto eo, qui repræsentat personam defuncti, qualis est heres vid. *Back. tr. de act. disp. 2. c. 5. & latius Anton. ab Usilla ad §. 1. Inst. de act. n. 44.* Unde apparet nostram actionem non esse novam à ceteris actionibus distinctam *Fransk. in comment. ff. ad tit. de Exercit. act. n. 6.*

IV. Addimus (4) perpetua: dicitur autem actio perpetua duobus modis vel ratione præscriptionis, l. ratione transmissionis. Priori modo omnes actiones rei persecutorie etiam ex delicto provenientes, modo non sint pænales *pr. Inst. de perpet. & temporal. act.* regulariter 30. aut 40. annorum spatio præscribuntur, quod & exaudiendum de actione nostra, utpote rei persecutoria, svadet tum *arg. l. 35. pr. ff. de O. & A.* tum *l. 15. ff. b.*
Poste-

3,
b
L
2

Posteriori modo non tantum est perpetua respectu eius qui con-
traxit, sed & heredi & in heredem competit *l. 15. ff. h. ratio est.*
quia est rei persecutoria & ex contractu, explorati autem est ju-
ris, actiones ex contractu descendentes & heredi & in heredem
competere *l. 12. l. 49. ff. de O. & A. l. 152. §. fin. ff. de R. J. §. 1. Inst.*
de perpet. & temporal. act.

V. Definivimus (5) qui cum Institore secundum for-
mam praescriptam contraxit, hoc namque probe notandum,
non ex omni causa Praetorem hanc actionem dare in praeponen-
tem, sed ita demum, si eius rei gratia, cui praepositus est, contra-
ctum sit, quo de pluribus agendi infra cap. 6. dabitur occasio, uti
patet ex §. 2. *verbis; ejus rei causa, Inst. quod cum eo, & ex l. 1. §. 7. ff.*
de exercit. act. l. 5. §. 11. l. 11. §. 5. ff. h. idem etiam inculcatur in l. 1.
2. & seq. C. b. Cum enim praepositio certam legem tribuat contra-
hentibus, eandem merito diligenter attendere debent, si contra
praeponentem actionem sibi competere velint *d. l. 1. §. 12. ff. de*
exercit. act.

VI. Addimus (6) adversus praeponentem ejusque
heredem; propter rationem *thesi 4.* allegatam & *l. 4. §. 4. ff. de*
exercit. act. l. 2. l. 15. ff. h. Et quidem (7) in solidum: propter
expressos textus in *l. 13. §. 2. l. 5. §. 1. ff. h. t. l. 1. §. fin. ff. de exercit.*
act. tum quod regulariter actiones solidum persequantur *§. 36.*
Inst. de Act.

VII. Explanata definitione commodum est, ut non nihil
de divisione hujus actionis dicamus, quae respectu causae efficien-
tis, ut & subjecti sive personarum, quibus competit, constitui pot-
est, quod sit alia directa, alia utilis. Quoniam vero non semper
uno accipitur modo, idcirco perlustranda est eorum ambiguitas.

VIII. Actio directa (1) illa dici solet, quae opponitur praepa-
ratoriae ut in *l. 3. §. 13. & l. 17. ff. ad exhibend.* (2) actio ordinaria
ex delicto, quatenus opponitur actioni noxali, directa quoque
vocatur, per textum expressum in *§. 5. Inst. de noxal. act.* (3) in ma-
teria contractuum actio directa oppositive ad contrarias dicitur,
quae datur ei, ad quem res directe & principaliter ex contractu
pertinet, contraria vero ad quem res minus principaliter perti-
net; Sic actio directa pignoratitia debitori *§. 4. Inst. quibus mod.*

re contrahitur oblig. contraria verò creditori conceditur l. 9. pr. l. 16. §. 1. ff. de pignorat. act. Actio directa commodanti, contraria commodatario competit. *l. 17. §. 1. ff. commodat.* (4) denique actio directa opposita actioni utili, est, quæ ex expressis verbis legis descendit, utilis verò quæ quidem non ex expressis verbis legis, sed ex ejus interpretatione propter similitudinem rationis descendit. Unde quia directa legis Aquiliæ locum habet, quæ corpore & in corpus damnum datum §. *fin. Inst. de L. Aquilia*, ideo si non corpore, sed in corpus damnum datum est, utilis conceditur *d. §. fin.* Sic directa actio de pauperie datur, quoties contra naturam fera mota pauperiem dedit *l. 1. §. 7. ff. si quadrupes pauper. pr. Inst. eod.* Utilis verò si non quadrupes, sed aliud animal nocuit *l. 4. ff. eod.* Vel si animal quadrupes secundum genitalem feritatem pauperiem fecit §. *1. Inst. eod.* Ceterum hoc loco bene notandum, jure civili quandoque ex expressis verbis legis utiles tribui actiones; nimirum quoties ratio juris impedit, quo minus directæ sint apud alium v. g. Si cessæ sint actiones *Excellentiss. Dominus Præses in comment. π. ad tit. de L. Aquil.* quia enim cessionarius directam actionem suo nomine instituere nequit, ideo lex utilem ei concedit, prout liquet *ex l. fin. C. qu. fiscus l. privat. debit. sui debit. conven. potest l. 18. C. de legatis l. fin. C. de hered. l. act. vend. idem accidit in emptore hereditatis l. 5. C. eod. l. 16. ff. de pactis.*

IX. Hisce cognitis directam Institoriam actionem in quarto significato accipio, ita ut sit illa, quæ ex expressis verbis legis, ac vero directoque domino, qui cum Institore contraxit datur §. *2. Inst. quod cum eo l. 5. §. 11. 12. l. 11. §. 5. ff. h. l. 1. & 2. C. eod.* Utilem verò quæ ex benigna interpretatione & ad exemplum directæ datur *l. 19. pr. l. 5. & 6. C. h. l. 13. §. 25. ff. de act. empti, l. 31. ff. de neg. gest.*

CAP. III.

De Causa Efficiente.

I. Causam efficientem hujus actionis duplicem constituo; remotam & propinquam. Remota est Prætor §. *2. Inst. quod cum eo, l. 1. ff. h.* æquum enim ei visum, sicuti commodati-
 senti-

3,
b
t
2

sentiunt præponentes ex facto Institorum, ita etiam eos obligari & conveniri ex eorum contractibus *d. l. 1. ff. h. l. 10. & 149. ff. de R. 7.*

II. Propinqua est obligatio cum Institore inita *d. §. 2. Inst. quod cum eo & passim ff. h.* Cum enim qui cum Institore contrahit, magis fidem præponentis quam Institoris sequatur *l. fin. in fin. ff. pro socio l. 29. ff. de R. C. §. 1. Inst. quod cum eo & Dominus ipsa præpositione tacite quasi hoc in se recepisse præsumatur, ut Institoris factum præstare velit arg. l. 11. ff. h. l. 1. pr. ff. de exercit. act. l. 7. pr. & §. 6. ff. nautæ caup. stab. ; proinde merito ad hoc est obligatus, ut ea, quæ cum Institore inita, præstet; tum ut eo melius sit consultum contrahentibus, quò magis sint securi de iis consequendis, ob quot negotiationis causa convenerunt, tum quod interfit Reip. ne contrahentes fidem præponentis secuti, decipiantur *arg. l. 11. §. 5. inf. ff. h. t. hæc de Causa efficiente dixisse sufficiant, sequitur.**

CAP. IV.

De Subjecto.

I. Subjectum hujus actionis duplex est, activum & passivum, illud constituunt personæ, quæ hanc actionem intentant, hoc verò quæ eandem excipiunt. Quoad prius competit actio directa Institoria (1) ei, qui cum Institore, quem Dominus tabernæ præponit, contrahit, *§. 2. Inst. quod cum eo l. 5. §. 11. 12. h. t. Duar. comment. juris h. t. c. 2. Harprecht. ad §. 2. Inst. quod cum eo, Hottomanus d. l. Cöppen quest. 21. n. 1. & quidem ipsa actio, quæ aliàs ex celebrato contractu resultat, ut puta si quis mercibus vendendis in taberna quendam præposuerit, & hic ex ipsis rebus, quibus præpositus est, quasdam vendiderit, emptori competit actio empti; ubicunqve enim non est novum negotium, ibi nec nova obligatio, ergò quoqve non competit novum juris remedium, ut aliàs ex nomine quis posset præsumere, sed saltem, uti sæpius monuimus, in eo à veteri actione differt, quod Prætor hac qualitate actionem ex contractu auxerit, ut quæ stricto jure (quo nemini per alium acquiratur obligatio *§. 4. Inst. de inutil. stip. l. 38. §. 17. ff.**

de V. O. l. 11. ff. de O. & A.) aliàs expiraret, si persona, cum qua contractus initus, decederet; in suo vigore permaneat, & æquè contra ipsum præponentem competat, ac si cum ipso fuisset contractum, per intermediam enim personam, quæ ex ipsius jussu & voluntate negotium gerit, quasi ipse negotium gessisse, & in placitum consensisse præsumitur. Non secùs ac qui Procuratorem mittit, quamprimum hic cautionem, in casu ubi mandatum ejus dubium aut mancum est, de rato interposuit, vel suum mandatum omni ex parte integrum exposuit, statim ei habetur fides, ac mandans tenetur; ita quoque qui negotiationi præpositus, ei, quod consensu & voluntate sui principalis præsit, creditur, cum nemo facile admissurus sit, ut aliquis pro lubitu sua negotia administret, vendendo & alienando, prout ab Institoribus fieri videmus; qui verò semel consensit, is in eo consensu tamdiu permanere ac subsistere præsumitur, donec contrariam voluntatem, negociandi libertatem scil. prohibendo, declararit, hoc enim nisi fiat, ei qui cum Institore contraxit, jure meritoque conceditur actio. Hoc ipso autem facultas ipsi non adimitur, quominus adversus ipsum Institorem possit agere, ea potius ipsi reservatur, adeò ut semper penes contrahentem sit electio, utrum ipsum Institorem, an verò dominum convenire velit. Nec immeritò, cum enim potestas, ut præponentem convenire possit, ei instar beneficii à Pratore sit concessa, non debet eidem simul esse damnosa in eo, ut adversus ipsum Institorem, agendi præcluderet aditum. Possset enim fieri, ut magis expediat cum hoc, quam cum domino agere, qui interea facultatibus lapsus non esset solvendo. Quatenus autem & quamdiu ipse Institor hoc contractu teneatur, de hoc sub causa formali commodior erit agendi occasio, ut pote, sub qua de Obligatione Institorum principaliter agitur.

II. (2) Fidejussori, ei sc. qui pro Institore fidejussit, sine his enim non facile Institores negotiationes gerere possunt l. 5. §. 16. ff. b. Cum enim hic peræquè ac principaliter contrahens fidejussoris, quasi ex voluntate domini contrahat, nitatur; hinc si accidat, ut ipse pro Institore solvere cogatur, ei quoque idem remedium superest, ut directò adversus præponentem cessis actionibus

nibus agat arg. l. 9. C. de Procurat. & l. ult. C. qv. fiscus l. privatus de-
bit. quasi cum ipso contraxerit, ubicunqve enim eadem est ratio
& dispositio juris, ibi quoqve idem jus esse debet l. 32. ff. ad L. A-
quiliam.

III. Sed quid de Constitutore & Expromissore statuen-
dum, an illis quoqve competat actio? Constitutor is dicitur, qui
pacto se debitum antiquum soluturum promittit salva priori ob-
ligatione existente, & huic quoqve hanc actionem competere
indubium est, quia cum fidejussione quoad obligationem, quam
sibi uterqve contra debitorem acquirat, coincidit; ut ut aliàs ab
hac duobus modis differat, partim quod fidejussor non nisi inter
præsentes §. ult. Instit. de V. O. l. 1. §. 1. ff. eod. & per stipulationem
se obliget l. 26. l. 5. §. 3. l. 14. §. fin. cum l. seq. ff. de constit. pecunia
Wesenb. in w. ff. n. 10. Franzk. n. 27. Sichard. ad Rubr. C. de V. O. n. 11.
partim quod fidejussor saltem alienæ accedat obligationi, nun-
quam propriæ pr. Inst. de fidej. Constitutor pacto obligatur, nec
non proprium & alienum debitum constituere potest l. 5. §. 2. ff.
de constituta pecunia. Expromissor dicitur, qui alterius obligatio-
nem ita in se recipit, ut liberato priore debitore, ipse se princi-
palem debitorem constituat l. 4. ff. de condict. causa data causa non
sec. l. ult. ff. ad Sct. Maced. l. 7. §. 8. ff. de dolo l. 53. ff. de contrah. empt.
l. 4. §. 1. 3. 4. ff. de re judic. l. 104. ff. de V. O. l. 37. §. ult. ff. de operis
libert. Et huic quoqve hanc actionem concedimus, quamvis
enim liberatus sit debitor à priori obligatione, non tamen pro-
pterea minus debet, quia simul nova obligatio expromissori con-
stituta, nisi forte animo donandi is pro alio expromisit.

IV. (3.) datur heredi ejus, qui cum Institore contraxit,
modo succedat in bona defuncti, nec sit incapax hereditatis,
quales erant olim deportati & peregrini l. 6. §. 2. ff. l. 1. C. de hered.
Inst. l. 17. §. 1. ff. de pænis, qui cives Romani non erant; hodie hæc
differentia sublata, postquam Imp. Antoninus omnes in orbe
Romano viventes jussit esse cives l. 17. ff. de statu homin. item ii, qui
incestis nuptiis se polluerant, his enim liberis inde editis quic-
quam relinquere prohibitum erat l. 6. C. de incest. nuptiis, quod &
in praxi adhuc observari videmus, teste Anton. Fabr. in Cod. lib. 6.
tit. 31. def. 3. n. 2. & def. 7. n. 1. ut & filii reorum perduellionis l. 5.

S. 1. C. ad l. Juliam Majestat. illud nil refert cujus sexus aut conditionis sit, sive mas, sive foemina, sive heres, sive loco heredis ut bonorum possessor, nam hic eodem loco jure Prætorio habetur, quo heres jure civili *pr. Inst. circa fin. de bon. possess.* Ratio verò cur hæc actio detur heredi est, (1.) quia repræsentat personam defuncti *Novell. 48. pr. & in omnia ejus jura succedit, l. 37. ff. de acquir. vel omittend. hered. l. 1. ff. si ager vectigal.* (2.) quia oritur ex contractu rei quæ persecutionem continet *l. 15. ff. h. l. 12. l. 49. ff. de O. & A.*

V. Cognitâ actionis directæ naturâ ejusquæ subjecto, subjiciendum, quibus ex æquitate utilis Institoria competat. Diximus enim *capite 2.* in iis casibus, in quibus ratio agendi eadem est, ob quam directæ actiones ex ipsius legis verbis competunt, utiles quoque concedi solere. Itaque si quis Procuratorem præposuerit mutuis pecuniis accipiendis, quamvis Procurator non sit Institor, adeo quæ directæ actione Institoria conveniri dominus nequeat, dabitur tamen ei, qui Procuratori pecuniam mutuatus est, ad exemplum directæ utilis institoria. *l. 19. pr. ff. h. l. 5. C. eod. Bartol. ad l. 19. Duarenus comment. juris civ. h. t. c. 1. Wesenb. w. ff. n. 4. Bach. tr. de act. disp. 8. th. 10. & 11. Dn. Joh. Brunnem. ad d. l. 5. C. h. t.* Militat enim hic eadem ratio, ob quam aliàs dominus Institoria conveniri potest, dum dominus procuratorem constituendo, tacitè in ejus contractus, quod quæ ex illis se conveniri velit, consentit. Nec potest dominus objicere contraheanti, procuratorem solvendo esse, eum quæ à contrahente conveniendum; hæc enim exceptio nec in Institoria directæ locum habet; nihil porrò interest, quo contractu Institor usus fuerit, nam licet emendis mercibus sit præpositus, poterit tamen dominus, & ex mutuo ab eo contracto conveniri, modò & hoc ei specialiter concessum fuerit *l. 1. 2. C. h. t.*

VI. Utilem porrò Institoriam actionem habent, qui Domini voluntatem secuti cum servo ipsius contraxerunt, si enim domini ex contractibus Institorum ob voluntatem tacitam & generalem rectè conveniuntur; æquum est, & eos conveniri, qui specialiter voluntatem declarant, & admittunt ut cum servis ipsorum contractus ineantur ad ipsorum commodum pertingentes, sed quia Institores non sunt, cum quibus contractum est, da-
tur

tur adversus ejusmodi dominos ad exemplum Institoria actionis, utilis actio *l. ult. C. h. t. & ib. Dn. Brunnem.*

VII. Non impeditur porro agere actione Institoria utili, qui prius ex una causa egit & succubuit, si nunc velit ex altera causa actione utili experiri *l. 13. pr. h.* Ratio est, nam licet ex una causa non recte contractum fuerit, eò quod non accurate observatae sint conditiones praepositionis, potest tamen ex altera causa vi praepositionis Institor recte contrahere, quid enim impedit, quo minus in eadem causa, licet semel actum sit, amissa causa, denuò agamus, nam non facile contrahentes singulas circumstantias tam accurate ponderare valent, unde si in rei veritate contractus ipsorum cum praepositione congruit, licet aliqui succubuerint propter aliquam circumstantiam, denuò ad utilem actionem admittendi sunt. Pro meliori cognitione casus talis esto; Quidam habebat servum merci olearia praepositum, eundem simul praeposuit mutuis pecuniis accipiendis: is à quodam pecuniam mutuatus est. Hic qui cum servo contraxit, putabat eum tantum merci olearia esse praepositum, nunquam intellexit eum esse praepositum mutuis pecuniis accipiendis, mutuum tamen pecuniam ei dedit ad oleum emendum: agit eo nomine actione institoria adversus dominum, contendit se mutuum pecuniam ejus servo dedisse ad oleum emendum, non potuit omnia probare quaecunque necessaria sunt in Institoria actione; difficile est enim ea probare *l. ult. ff. de exercit. act.* absolutus igitur est reus, qui conveniebatur actione Institoria. Deinde cognovit eum praepositum fuisse mutuis pecuniis accipiendis, quod ab initio ignorabat: ideoque voluit ob hanc causam experiri, quaeritur an admittendus sit, & an obstat ei exceptio rei judicatae? Respondet *Bartolus* stricto jure hoc non procedere, sed propter aequitatem & errorem utilem ei concedendam esse actionem. Plura exempla utilis actionis recensentur in *l. 11. §. ult. juncta l. 12. l. 5. §. 8. ff. h. t.*

VIII. Subjectum passivum constituunt uti dictum personae adversus quas experiendum hac actione, & quidem (1) agitur in eum, qui praeposuit Institorem *§. 2. Inst. quod cum eo l. 1. 2. & passim ff. l. 1. 2. & 3. C. h. t.* Cum enim hic sentiat commodum ex
Insti-

Institoris contractibus, in quos quasi generaliter consentit, dum Institorem præponit, ex æquitate tenetur ac si ipse contraxisset *l. 1. h.* hinc si Institorem mancipiis *l. jumentis vendendis* præponit, jumenta verò sint vitiosa, poterit actione Institoria conveniri ad redhibendum *l. 17. ff. h.* ut & de evictione præstanda, si Institor de ea caverit; sic si Institor, cum oleum vendidisset, annulum arrhæ nomine accepisset, neque eum reddat, dominus Institoria tenetur *l. 5. §. 15. h. t. juncta l. 11. §. 6. ff. de act. empti*; nam ejus rei, in quam præpositus, est contractum. Domino verò qui Institorem præposuit, non competit actio contraria in contrahentes regulariter *l. 1. & 2. ff. h. t. l. 1. §. 18. ff. de exercitor. act.* Harprecht. *ad tit. Inst. quod cum eo n. 10. Hönenig. controvers. illustr. disp. 20. controvers. 5. ad lit. C. circa finem*, quia ipse non eodem auxilio indiget, cum civilibus actionibus adversus Institorem agere possit *juxta d. l. 1. pr.* exceptio est, si dominus rem suam servare nequeat, ut puta si forte Institor *l. Procurator absit. l. latitet, l. mortuus sit sine herede*, ita ut actiones sibi competentes non possit domino cedere *l. 1. & 2. ff. h. t.*

IX. Illud nihil interest qualiscunq̄ve conditionis fuerit Institor, sceminam quis an masculum, liberum an servum, & hunc *l. proprium l. alienum*, puberem sive impuberem præposuerit *l. 7. §. 1. & ult. cum l. seq. h.* Ratio est, nam dominus ob præpositionem suam tenetur; sibi E. adscribere debet, si minus idoneam personam elegerit. Unde quæritur, an præponens ex delicto Institoris possit conveniri? distingvendum, an Institor circa officium sibi commissum, an verò præter illud deliquerit, priori casu utiq̄ve tenetur, si civiliter agatur, *arg. l. 5. §. 11. ff. h. t. Harprecht. ad tit. Inst. quod cum eo, n. 20.* posteriori casu regulariter non obligatur, propter rationem *l. 22. C. de panis & l. 7. pr. ff. naut. & caup. stap.* Non officit *l. 5. §. 8 ff. h. t.* quia ex eo, quod dicitur, ibi libitinarium conveniri posse actione noxali furti, aut injuriarum, non sequitur E. Institoria conveniri posse dominum ex delicto Institoris, sunt enim actiones separatae. Nam in *d. 9.* quasi sive utilis Institoria datur contra dominum, non propterea quod servus spoliaverit corpus, quam quod non rectè curaverit spoliando *vid. Dn. Hahn ad Wesenb. h. t. n. 5.* hanc *l.* obstantem ita resolventem.

X. Du-

3,
l.
X. Dubitatur ulterius, si Dominus continua fuerit usus variatione, Institorem mox præponendo, mox iterum prohibendo ne cum eo contrahatur, contrahens verò ignorans Dominum prohibuisse, contraxit cum eo, an adversus ipsum detur actio? affirmamus hoc cum *Ulpian. in l. 11. §. 5. b. t.* interest enim Reip. ne contrahentes decipiantur.

XI. Denique hoc quoque ambiguum, si dominus mandavit famulo, ut suo nomine pecuniam accipiat, hic creditori de recepta pecunia exhibuit Chirographum, an ex hac famuli confessione in dominum actio detur? minimè, nisi (1) dominus famulo, tam confessionem, quam receptionem mutui expressè mandaverit; (2) nisi dominus solitus sit ministri opera in talibus contractibus uti, ratio ex *arg. l. 12. ff. de pignorat. act.* desumi potest.

XII. Nihil præterea interest, masculus an foemina sit præponens *l. 7. §. 1. ff. b. pupillo* tamè qui sine auctoritate tutoris præponit, non convenietur *l. 9. ff. b.* quia sine horum auctoritate aliis obligari nequit, nisi in quantum locupletior factus *l. 10. d. 1.* Nam naturaliter injustum est, ut cum damno alterius quis locupletetur *l. 206. ff. de R. 7.* Diversum planè statuendum est in personis minorum Curatorem non habentibus, etenim hos ex Institorum contractu efficaciter obligari nulli dubitamus *propter l. 3. C. de in integr. Instit.* quamvis postmodum causa cognita restitutionem in integrum petere possunt *d. l. 3.*

XIII. Diximus hætenus adversus ipsum præponentem, dirigi actionem Institoriam, unde quaeritur an adversus Institorem quoque locum habeat, & an Institor ex contractu tempore officii nomine domini celebrato, possit etiam ipse in sua persona conveniri?

XIV. Ardua sanè & intricata est quaestio, pro qua decidenda varii variè allaboravere, partim affirmantium, partim negantium opiniones tutati, ut proinde non malè circa hanc difficultatem decidendam, illud, quod in simili tradit *Sigism. Scaccia tr. de commerc. p. 491. n. 68.* & hic applicari possit, sc. Interpretes tam veteres quam modernos hac in re instar textorum esse, qui initio filo amisso, quò magis pensum voluunt, eò magis intricant, ferè ignota per ignota tradidisse, & dum modò negando, modo affirmando,

C

mando, mirè vagantur, lectorem nunquam nonnisi ancipiti dubio suspensum dimittant. Priusquam verò ipsam quæstionem pertractandam suscipiamus, non abs re nos facturos existimamus, recensere utriusque fundamenta & rationes quibus moti, deinde in quibus legibus fundamenta sua collovere, ex his facile patefcet, quænam sententia principem locum, assensumque mereatur. A parte negantium, nimirum Institorem planè conveniri haud posse, se silit *Bartolus ad l. ult. ff. h. t. ubi differit: Contrahentem nomine officii appposito in dubio contemplatione officii contraxisse censeri. finitoque officio non teneri; idem & Decius refert Consil. 510. n. 5. ex Angelo ad l. 9. ff. de duobus reis, quod Factores licet in mille literis sese scribant debitores, attamen non posse conveniri, quia videntur scribere, ut factores & factorio nomine, hanc sententiam quoque Jacobus de Arena ad l. ult. h. & Jason in l. si Institorem 29. in f. de reb. cred. Corneus Consil. 223. in fin. lib. 3. defendunt, quibus se adjunxit Job. Parlador. libr. 2. rer. quotid. cap. fin. §. 3. n. 3. ut & Job. Wurmbf. nucleo jur. contro. lib. 4. tit. 7. contro. 2. hanc adjungens rationem, quod aliàs officium factoris ei foret damnosum, contra l. 61. §. 5. ff. de furt. Heint. Zæf. in comment. h. t. n. fin.*

XV. Hujus suæ assertionis fundamentum collocant & depromunt ex responso *Scævola in l. fin. ff. h. t. ubi Octavius Terminalis Institor epistolâ solutionem pecuniæ debitæ promittens, exinde neque jure his verbis obligatus, neque æquitatem eum conveniendi superesse legitur. Hoc textu utpotè manifesto negativæ sententiæ Patroni opinionem suam tam fortiter defendunt, ut nullibi in toto jure expressum textum reperiri, ex quo dilucide probari possit, Institorem finito officio esse obligatum, sed potius contrarium in l. 6. §. 1. ff. de neg. gestis l. 5. ff. qv. ex factio tutores ut & l. 2. pr. ff. de administrat. & peric. tut. exemplo aliarum personarum ex officio contrahentium probari, firmiter sibi persuaserint.*

XVI. Contra à parte sententiæ affirmativæ Principes Theoreticorum stare reperiuntur, ut est *Paul. de Castro. Costalius ad l. 61. ff. de procurat. Bach. ad Tr. v. i. d. 24. §. 7. Lit. E. & in tr. de act. disp. 8. §. 11. & ad §. 2. Inst. quod cum eo qui in alien. num. 1. Ludw. & Mynsing. ad eundem §. Job. Jacob. Wissenbach. p. 1. disp. 7. 28. §. 19. & quam plurimi alii. Quibus favent textus in l. 1. §. 17. & in l. 5. §. 1. ff. de exer-*

exercit. act. ubi vel Exercitorem vel magistrum conveniendi datur electio, Ergo & Institor tenebitur, nihil enim absurdi arbitramur argumentari regulariter à magistro ad Institorem, ab Exercitoria actione ad Institoriam præeuntibus *Ulpiano in l. 13. §. 2. ff. h. & Dioclet. & Maximian. in l. 4. C. h. t.* Præterea clypei instar, se sistit *l. 7. §. 11. ff. ad Sct. Maced.* ubi ex mente *Juliani* idem *Ulpian.* filiosam, Institori, si conveniatur, exceptione Scti succurrendum, respondit, ex quo firmiter infertur, eum, si sui juris esset, rectè conveniri.

XVII. Prædictas Interpretum altercationes, quæ ratione in concordiam redigendæ, & quænam sententia præferenda, restat nunc ut subjiciamus; nimis ferè longum ac tædiosum foret, omnium conciliationes ordine recensere, proinde primariis relictis, reliquas silentio involvemus. Itaque nonnulli ut *d. l. fin. ff. h. t.* removeant, eandem ita interpretantur, dicendo, Institorem, ibi non promississe sed tantum confessum esse, penes mensam suam eam pecuniæ summam existere, ex ejusmodi extrajudiciali confessione nec obligationem nec actionem nasci posse, quippè quod hoc in casu nudum versetur Institoris officium, secus verò esse, ubi non mera ejus attestatio, sed simul contractus intercedit, tunc enim Institorem saltem ex natura contractus suam personam adstringere. Quam interpretationem sequi quoque videtur *Vin. ad S. 2. Inst. quod cum eo.* Alii distinguunt an Institor contrahat, domino præse, an verò absente, hoc casu solum Institorem teneri, eò quod contrahens non potuerit respicere dominum absentem, sed magis Institorem respexisse præsumatur, priori verò casu contra ex ratione opposita, solum dominum teneri, non Institorem.

XVIII. Denique alii mediâ viâ tanquam tutiore & humaniore juxta *Anton. Fab. in rat. ad l. 19. §. 1. ff. de peculio*, incedentes, difficultatem inter prædicta Institorum responsa tollere allaborant, distinguendo inter præpositionem durantem & finitam; ex illa & quamdiu illa durat, teneri Institorem juxta *l. 7. §. 11. ff. ad Sctum Maced.* ex hac verò non item juxta *l. ult. ff. h. t.* Hæc conciliatio sicuti frequentiori Doctorum calculo approbata, & adhuc in praxi observata, ita omnino amplectenda erit cum *Magnif.*

Dn. Carpzov. in Jurispr. for. p. 2. c. 20. def. 14. Mevius ad jus Lub. lib. 3. tit. 6. artic. 5. & 6. Coler. part. 2. decis. 248. & Dn. Hahn. ad Wesenb. n. 7. ubi præjudicium Dnn. Jctorum Helmstädiens. reconset hifce verbis: Habt ihr euch von Anno 1624. biß 1632. von E. E. Raht der Stadt Magdeburg für einen Provisorem und Apotheker bestellen und gebrauchen lassen / auch bei solcher provision bei unterschiedlichen Kauffherrn zu Augspurg / Leipzig und Hamburg in die 700. Reichsth. weniger oder mehr Apotheker Wahren / als ein Provisor genommen; Welche ihr auch in die euch anvertraute Apotheke verwand und gebrauchet / und die Kauffherrn haben um diese Bewandniß gute Wissenschaft allemahl gehabt. So seind dieselbe solches Nachstandes halber euch als Provisorem nunmehr / da die Apotheck in der Stadt Magdeburg Anno 1632. mit auffgangen / zu belangen nicht befugt / sondern sie werden an E. E. Raht daselbst / als ewre Präponentes und Principales billich verwiesen.

XIX. Hifce præmissis statuo cum communi Doctorum schola, Institorem (modo sit homo liber, secus enim erit, si servus sit præpositus *arg. l. 14. ff. de O. & A. arg. l. 6. C. de judic.*) durante officio conveniri posse, finito verò ab ulla ulteriori actione liberandum, modo non se proprio nomine obligavit. Plura qvi hac de re desiderat, adeat perelegantem dissertationem *Magnif. Dn. D. Christophori Marci de Obligatione Institorum.*

XX. Cognitum nunc, quando locum habeat hæc actio in præponentem & Institorem, nunc videndum an & in præponentis heredem detur? de qua non dubium per textum rotundum *in l. 15. ff. h. t.* durat enim officium Institoris ex præpositione defuncti, licet mortuus fuerit *l. 5. §. 17. ff. h.* Qua de causa etiamsi pupillus heres præponentis sit, quamdiu post mortem defuncti Institor officio suo fungitur, tenebitur *l. 11. h.* Et si quid damni inde patiat, à tutoribus id repetere potest ob culpam eorum, horum namqve officium est observare contractus Institorum, & eos maturè ab officio suo deponere, si non satis benè rem gerunt, imò licet heres furiosus fuerit, tenebitur *l. 17. §. 3. ff. h.* Eandem ob causam & omnes, quorum Procuratores, Tutores, Curatores Institorem præposuerunt, modò Procuratores liberam omnium rerum administrationem, non aliter ac tutores habuerint, ex illis contracti-

tractibus Institoria convenientur l. 5. §. ult. l. 6. ff. h. Idem dicen-
dum de Procuratore absq̄ve speciali mandato, cujus tamen præ-
positionem dominus ratam habuerit per l. 7. ff. d. t. rati habitio
namq̄ve mandato æquiparatur l. 60. ff. de R. J. l. fin. pr. C. ad Sct.
Maced. cap. pen. de sentent. ex commun. in 6.

CAP. V.

De Objecto l. Materia circa quam.

I. Pertractato Subjecto succedit ordine nunc objectum,
quod constituunt res quibus præficiuntur Institores, & quidem
Ulpianus in l. 5. in pr. ff. de instit. act. cuicunq̄ve negotiationi præpo-
situm Institorem appellat, sive frumentis coëmendis d. l. 5. §. 1.
vel mercaturis, redempturisq̄ve faciendis d. l. 5. §. 2. vel pecuniis
scenerandis sit præpositus, adeò ut etiam Institores dicat qui ædi-
ficio aut insulæ custodiendæ sunt præpositi d. l. 5. §. 1. add. l. 16. §. 1.
ff. de usu & habitatione l. 15. §. 2. ff. de instructo vel instrumento legato l.
166. ff. de V. S.

II. Notandum verò quod cap. 1. monuimus incitatis texti-
bus Institoris vocabulum improprie & largius sumi, quod ex iis
liquet, dum agris colendis, fructibusq̄ve percipiendis, pecuniis
scenerandis præpositi Institores esse alibi negentur in l. 16. l. 19. in
pr. ff. h. t. facit pro hac re & l. 1. §. 1. l. 5. §. 4. ff. de tribut. act. imo
Imperator expressè negotiationem à scenebri pecunia distin-
guit §. 5. Inst. quod cum eo, l. pen. C. d. t.

III. Adæqvatum itaq̄ve Institoris Objectum est quævis ne-
gotiatio quæstuarial. l. 3. l. 16. l. 18. ff. l. 1. C. h. t. §. 2. Inst. quod cum eo.
Cum autem varia sint negotiorum genera, quædam enim trans
mare fiunt, quæ nautica, quædam per terram, quæ terrestria di-
cuntur arg. tit. ff. de exercit. & Instit. act. & tit. de usuris & nautico
scenore, videbimus quænam sit hujus loci.

IV. Negotiatio generaliter accepta, distribuitur in pu-
blicam & privatam; ista est, quæ civitatem gubernatores com-
muni annonæ ac necessitati consulunt l. 5. §. 3. ff. de jure immunitatis.
Hæc sc. privata iterum duplex I. Oeconomica vel lucrativa, illa
sui suorumq̄ve sustentandorum gratia instituitur, hæc, quæ quis
aliquid emit, eo animo, ut rursus distrahat lucri faciendi causa.

Quæ posterioris generis negotiatio huc pertinet, & species est commercii, quo aliquid damus vel rem emimus, ut majora lucremur *Scacc. tr. de commerc. §. 1. q. 1. n. 8.* quia verò rem vel vendimus vel emimus vel transmutamus, ex quo varii contractus resultant, recensendum, quibus contractibus peragi possit.

IV. Celebratur verò quibuscunqve contractibus, si enim Institor rem alteri vendat justo pretio, oritur emptio venditio, & sic consensualis contractus, si pecuniam mutuo accipiat, oritur contractus mutui realis, si alter ab eo stipuletur, oritur contractus verbalis, si chirographo dato fateatur se certam pecuniæ summam accepisse, oritur literalis. Unde se sistit hæc quæstio, an Institor merces præponentis domini, qui ei aliquam pecuniæ summam debet, pignoris loco tamdiu retinere possit, quoad pecunia solvatur? nego cum *Wissenbach. part. 1. disp. 28. th. 21.* An autem libri Institoris contra præponentem hoc in casu probent? non usqve expeditum est: quidam distinguunt, an iste liber sit Codex rationum, & ita liber avthenticus & publicus *arg. l. 9. §. 2. ff. de edendo,* & tunc eidem, quasi publicæ scripturæ fidem attribui, præsumi enim de consensu præponentis ab initio factum *arg. l. 6. §. 3. d. t.* An verò non sit Codex rationum, sed quoddam simplex memoriale, & tunc non simpliciter probare.

VII. Ultimò deniqve notandum non tantum universali sed & certæ negotiationi Institorem rectè præponi *l. 5. §. 1. & seq. l. 17. l. 19. ff. h. l. 8. ff. quod cum eo* copiosa sit, an tenuis nihil interest *arg. l. 12. §. 3. C. de Cohortalibus, l. 6. C. de dignit.* modo sit licita, illicita enim jure est prohibita *tt. C. de Commerciiis.*

CAP. VI.

De Forma.

I. Quod attinet formam hujus actionis, ea in hisce subsistere videtur, quod ex obligatione Institoris super negotiatione terrestri secundum legem præpositionis contracta, contra naturam actionum personalium, detur adversus dominum præponentem, cum quo tamen principaliter non est contractum; & quidem sub illarum actionum qualitate, quæ ex quoquo contra-

ctu

3,
l.
t/2

ctua nascuntur, ita ut si negotium cum Institore initum, sit stricti juris, hæc quoque actio talis erit, sin bonæ fidei, ipsa quoque naturam actionis bonæ fidei induet *Meier. in C. 7. A. h. t. 9. 10.*

II. Proinde præcipua hujus obligationis, & inde descendens actionis vis & efficacia in eo cernitur, ut juxta formam præpositionis quis cum Institore contraxerit, hac enim neglecta dominus ab actione se liberare valet: ita enim *Ulpian. in l. 5. §. 11. ff. h. t.* Non omne, quod cum Institore geritur, obligat eum, qui præposuit, sed ita, si ejus rei gratia, cui præpositus fuerit, contractum est, i. e. duntaxat ad id, quod eum præposuit quod itidem inculcat in *l. 11. §. 5. d. t.* Unde si dominus palàm proscribendo vel denunciando prohibuit, ne cum eo contrahatur, non tenetur, is enim magis custos, quam Institor dicitur in *l. 11. §. 6. ff. h. t.* ita ut si quis neglecta denunciatione Institori nihilominus crediderit, ope exceptionis tutus sit dominus, quæ tamen per replicationem doli eliditur, si exinde locupletior factus nolit illudolvere *l. 17. §. 4. h. dolo enim malo videtur facere, qui ex aliena jactura lucrum querit.* Prohibitio verò quomodo fieri debeat docet *l. 11. §. 3. & 4. ff. h. b.* scil. vel generaliter & publicè per programma propositum, quod utilius, quia nemo facilè in his, quæ publicè fiunt, ignorantiam causari potis est, vel specialiter, si certis personis privatim prohibeat.

III. Unde queritur, an morte præponentis, revocata censeatur præpositio Institoris? Casus talis esto, Mevius cum Titio Sempronii Institore contractum emptionis venditionis super mercibus certis celebrat, paulò post decedit Sempronius, Mevius sciens Sempronium è vivis sublatum, nihilominus renovat contractum, queritur an revocata sit præpositio morte Sempronii, & an competat actio adversus ejus heredem? affirmatur *per l. 17. §. 3. h.* modo non ab ipsis heredibus præponentis revocatio subsequuta sit. Idque verum, sive sciverit, sive ignoraverit mortem Sempronii *l. 5. §. pen. ff. h. b.* cum enim Institor quasi mercatoris sustineat vices, imputandum ei non est, qui cum eo contraxit. Nec officit quam *Anton. Faber. lib. 2. conjectur. jur. regerit l. 41. ff. de R. C. Resp.* textum citatum non loqui de Institore, sed de eo, qui fœnus exercet, cujus tanta non est utilitas. Neminem præterea

terea moveat, quod negotium illud inter Institorem & præponentem mandato simile sit, adeoque regulariter morte domini finiatur *arg. §. 1. Inst. mandati*, est enim hic exceptio à regula, propter utilitatem promiscui usus *l. 17. §. 2. ff. h. ne heredibus auferantur ingentia commoda*, quæ ex actibus Institorum ad Dominos redeunt, unde & onera subterfugere non debent, cum onus alligatum commodo, & commodum oneri esse debet *arg. l. 1. ff. h. t.*

IV. Quod autem in thesi secunda dictum, eatenus dominum ex præpositione obligari, quatenus cum Institore, secundum legem præpositionis contractum est, illud non tantum ad ipsam rem principalem, cui præpositus est, sed ad ejus consequentiam, quoque referendum est; etenim in quolibet negotio perficiendo, ea natura insunt, sine quibus negotium peragi nequit *arg. l. 2. ff. de Jurisdic. t.* Unde si Institor limites mandati excedendo, meliorem fecerit conditionem præponentis v. g. minoris emendo aut majoris vendendo *l. 5. §. 5. ff. mandati*, omninò tenetur, voluntati enim & intentioni præponentis satisfactum, utpote dum quæstus E. præposuit Institorem, simul voluisse censetur, ut carius vendat & vilius emat *l. 8. C. de rescindend. vendit.* hinc sequitur, quod Institor ad emendas saltem merces præpositus, possit etiam pecuniam mutuam accipere, quia sc. merces absque ea comparare nequit *l. 5. §. 13. l. 19. §. 2. ff. h. t. juncta l. 1. §. 8. ff. de exercit. act.*

V. Occasione hujus in quæstionem venit, exponendo; si quis litteras commendatitias alicui dederit, & is ad quem scriptæ, roganti commendato pecuniam mutuam erogarit, num. scribens ejusmodi sit obstrictus ad restitutionem pecuniæ? quod utique non asserendum, neminem siquidem commendationem obligare, satis dilucidè cautum apud *Ulpian. in l. 12. §. 12. ff. mandati & Imp. in l. fin. C. quod cum eo*, nisi sit dolosa *l. 7. §. f. & l. seq. ff. de dolo malo*, vel inter mercatores fiat. *Dn. Carpz. in Jurispr. For. p. 2. c. 18. d. 24. Finckelth. Observ. 16. n. 5. & seqq. Dn. Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 10. art. un.* vel denique nisi commendans in literis familiaribus ad quid specialiter se obliget *d. l. fin. C. quod cum eo.*

VI. Porrò quale sit officium Institoris ex hætenus dictis facile patescit, generaliter enim ei incumbit, ut legem & præpositionem

3,
6
t/2

sitionem sibi præscriptam probè observet, leges mandati diligenter custodiat, nec ab his quantum fieri potest ne latum unquam deflectat. 2. Librum rationum conficiat, in quo actus sui rationem, acceptas & impensas quo tempore, & quo loco factæ & acceptæ, conscribat. 3. Finito officio librum rationum exhibeat, actus sui rationesque gestas exponat, plura requisita enarrat *Benven. Strach. de mercat. p. 2. n. 15. add. n. 51.*

VII. Constituitur Institor expressè, si dominus mandet negotiari in bonis suis, vel tacitè, ut si pater sciverit filium negotiari in rebus suis; nec, cum prohibere posset, prohibuit *l. 7. §. 11. ff. ad Sctum Maced.* quod multò magis procedit, si ad certam causam Institor præpositus, patientiâ domini & in aliis casibus sibi expressè non commissis, contractus ineat, hæc enim domini patientia tacita quædam præpositio est *l. ult. ff. quod cum eo.* Et quidem per contractum gratuitum, mandati sc. vel non gratuitum, ut locati conducti, qui ut plurimum hodiè in usu est, quod autem per locationem conductionem constitui possit, nihil dubii est, propter textum expressum in *l. 11. §. 8. l. 12. ff. h. t. l. 1. §. 18. ff. de exercit. act.* accedit si Institor per contractum mandati sit constitutus, mercesque accesserit, in contractum locationis conductionis transire videatur *l. 1. §. 4. ff. mandati arg. §. 13. Inst. mandati* Qualis verò sit conditionis nihil interest, masculus an fœmina, liber an servus, proprius an alienus, filius an filia familias *l. 7. §. 1. ff. h. idem & de præponente exaudiendum, uti supra monuimus, modo præponendi legitimam facultatem habeat. Nec officit, quod fœminæ ex contractu alieno non obligentur, nec alienam suscipiant obligationem, licet enim primo intuitu alienam in se suscipere obligationem videantur, reverâ tamen & juris effectum proprium gessisse negotium intelliguntur, cum in rem, & nomine illarum cuncta cum & ab Institore agantur, aut mulierem non juvari Scti auxilio, quando intercessio non in ipsius damnum, sed in utilitatem & commodum vergit ex responsis Pauli in *l. 1. §. 1. & Callistrati in l. 21. pr. ff. ad Sct. Vellej.* addiscere licet. Illud denique non interest, an ab uno an à pluribus v. g. coheredibus, sociis tabernæ sit præpositus *l. 13. §. 2. l. 14. ff. h. t.* Unde quæritur, si taberna sit legata, an censeatur simul servus Institor legatus, affirmativa.*

D

firma-

firmativam propugnat sententiam *Servius in l. 13. & 15. l. 17. ff. de instruct. vel Instrumento legato.*

VIII. Ex traditis præcedentibus sua spontè se sistit triplex differentia hujus actionis ab Exercitoria, (1.) namq̄ve differunt in eo, quod illa nomen habeat ab eo, qui præpositus est, Exercitoria verò ab eo, qui præposuit §. 2. *Inst. quod cum eo.* (2.) illa versatur circa negotia terrestria, hæc verò circa maritima. (3.) Actione Institoria ex contractu illius, quem Institor substituit Dominus conveniri nequit; at Exercitoria non tantum ex contractu magistri, sed etiam ab eo substituti, exercitor rectè convenitur. *l. 1. §. 5. ff. de exercit. act.* Porrò distat & ab actione tributoria, Institoria quippe locum habet in merce dominica, hæc in merce peculiari §. 3. *Inst. quod cum eo l. 1. pr. ff. de tribut. act.* illa datur ob contractum Institoris præpositi *d. §. 2. Inst. quod cum eo l. 1. ff. h. t.* hæc ob contractum non præpositi, sed negotiantis in peculiari merce *d. §. 3. Inst. quod cum eo*, illa datur in solidum *l. 5. §. 1. ff. h. t. l. 2. C. eod §. 2. Inst. quod cum eo* hæc regulariter non item *l. 5. §. fin. l. 7. ff. de tribut. act.* in illa est expressa domini voluntas regulariter, in hac scientia sive permissio patris sufficit *l. 1. pr. §. 3. ff. d. t.*

CAP. VII.

De Fine & Effectu.

I. Restat nunc in ordine, qui primus in intentione, & ultimus in executione esse solet, finis, qui duplex, utilitas & æquitas. Utilitas consistit in promovendis commerciis *arg. l. 17. §. 2. ff. h. quæ non solum consistit in rebus pretiosis, sed & vilioribus, quorumq̄ve usus quotidianus est; æquitas verò in eo, ne decipiantur, qui præponentis fidem secuti, cum Institore contraxerunt l. 1. l. 11. §. 5. in fin. ff. h.* Cum enim contemplatu Domini magis quam Institoris in creditum aut debitum eant, æquum est ut teneatur ad ea, quæ ab Institore sunt gesta.

II. Effectus in hisce consistit (1.) quod hac actione solidum petatur, ex contractu qui initus est cum Institore præposito negotiationi *l. 2. C. h. t. l. 5. §. 1. ff. eod.* (2.) quod unus ex pluribus conventus in solidum & condemnatus, quicquid is præstiterit, societatis iudicio vel communi dividundo possit consequi *l. 13. §. ult.*

ult. ff. h. limitatur tamen hoc in casu l. 14. ff. h. & l. ult. ff. de exercit.
act. (3.) quod si quis ex una causa egerit, inque probatione defe-
cerit, possit demum ex alia causa utiliter agere l. 13. pr. ff. h. (4.)
Dominus ad omnia Institoris facta præstanda est obligatus, mo-
do formam præscriptionis observaverit Institor l. 17. ff. h. t. (5.)
Si quis primò Institoria egerit, postea ad actionem tributoriam
non possit recurrere l. 11. h. in merce enim dominica, non habet
locum tributoria. (6.) ipse Institor ad hunc effectum conveniri
potest, ut procuret solutionem, & ex bonis domini creditori sol-
vat, l. fin. ff. h. t. Si verò specialiter se obligaverit, ut ex bonis suis
satisfaciat. Plura ex hæcenus dictis possunt colligi, quo brevita-
tis causa me remitto.

CAP. VIII.

De Contrariis & Affinibus.

I. Hisce breviter expositis, reliquum est ut videamus con-
traria, sc. quibus modis extingvatur hæc actio, nec non officium
Institoris.

II. Et (1.) quidem cessat, triginta annorum spatio, cum
regulariter omnes actiones tam reales, quam personales, ultra
hunc annorum numerum, ex quo competere cœperunt, ulterius
vivendi non habeant licentiam in l. 3. C. de præscript. 30. vel 40.
annor. l. 1. §. 1. C. de annal. except. (2.) Si pupillus sine tutoris au-
toritate Institorem præposuerit l. 9. ff. h. t. nisi ex hac præposi-
tione locupletior factus sit pupillus. Etsi enim aliàs pupillum
absq̄ve tutoris autoritate contrahentem, nequidem naturaliter
obligari jura nostra velint in l. 59. ff. de O. & A. & l. 41. ff. de con-
dict. indebiti, attamen limitationem patitur prædicta sententia in
casu, ubi pupillus locupletior ex contractu vel negotio factus est
juxta l. 5. pr. & §. 1. ff. de autor. l. 13. §. 1. ff. de condict. indebiti, cujus
rationem assignat Pomponius in l. 14. ff. d. t. (3.) Si non secundum,
sed contra legem præpositionis præscriptam sit contractum l. 5.
§. 11. l. 11. §. 5. ff. h. t. veluti non in ea re, non eo in loco, ubi con-
trahi permissum. (4.) Si plures sint Institores divisis officiis, &
contractum sit cum uno ex alterius officii causa arg. l. 1. §. 13. ff. de
exercit. act. (5.) novatione, si obligatio cum Institore contracta,

D 2

postmo-

postmodum novata sit l. 13. §. 1. ff. h. t. (6.) in negotio non quaestuario l. 16. ff. h. Et denique ultimo, si Institor potius ad fidem faciendam quam ad obligandum quid fecit. l. ult. ff. h.

III. Institoris officium vero desinit (1.) morte naturali, tanquam communi omnium hominum vitae termino, ut loquitur Justinian. in Novell. 1. c. 1. §. 4. vers. & nullus, est enim personale officium, quod cum persona extinguitur, perinde ut alia munera & officia personalia ut puta tutoris §. 3. Instit. quibus modis tutela finitur l. 16. §. 1. ff. de tutelis. procuratoris l. 57. ff. de judic. mandatarii §. 10. Inst. de mandat. l. 27. §. 3. ff. eod. socii §. 5. Inst. de societ. l. 65. §. 9. ff. pro socio. Ratio est, quod & hic certae personae Institoris sc. industria sit electa, & proinde ad heredem vel tertium officium hoc transire nequit arg. d. §. 5. Inst. de societ. personae namque earumque industria, fides & officia variant arg. l. 31. ff. de solut. Quod de morte naturali dictum extenditur quoque ad civilem, veluti si maximam aut mediam capitis deminutionem passus. (2.) mutuo praepositoris & Institoris consensu & voluntate, cum naturale sit, unumquodque eo modo dissolvi, quo colligatum. l. 35. ff. de R. J. (3.) Revocatione, sicuti enim liberum est domino, quem velit Institorem praeposere, ita liberum est praepositum negotiationi revocare.

IV. Remedia affinia sunt (1.) Exercitoria, quae cum nostra actione convenit, quoad personas l. 6. §. 1. & 2. ff. h. l. 1. §. 4. & 16. ff. de exercit. act. 2. quod sicut Exercitor ex contractu magistri §. 2. Inst. quod cum eo l. 1. pr. ff. de exercit. act. ita & praepositor ex contractu Institoris obligetur & conveniatur d. §. 2. & l. 1. ff. h. t. 3. quoad effectum ut quemadmodum adversus singulos ex pluribus Exercitoribus Exercitoria l. 6. §. 1. ff. de exercit. act. ita pari ratione adversus plures praepositores in singulos dirigatur actio Institoria l. 13. §. 2. ff. h. t. 4. quod utraque perpetuo heredibus & adversus heredes competat l. 4. §. 4. ff. de Exercit. act. l. 15. ff. h. t. (2.) Concurrit cum hac actione actio fidejussoria l. 19. §. 2. ff. h. actio quod jussu §. 2. Inst. quod cum eo l. 2. C. h. t. actio tributaria l. 11. §. 7. ff. h. actio locati l. 5. §. 10. d. t. actio injuriarum & furti l. 5. §. 8. ff. h. actio de in rem verso & de peculio §. 5. Inst. quod cum eo l. 2. C. h. Meier. in C. 7. A. h. t. §. 13.

V. ul-

V. Ultimò & hoc, dari in jure nostro actionem Instituto-
riam, cujus rarò meminerunt autores juris præter l. 8. §. 4. ff. ad
Sctum Vellej. & tunc locum habet, quando mulier in fraudem
Scti se principalem debitorem constituit, quæ tamen à nostra
actione planè est diversa.

Et hæc sunt, quæ in præsentiarum de hac nobilissimâ ma-
teriâ differere necessarium visum fuit, potuisset quidem uberius
de ea agi, veruntamen ne morem disputandi excedere viderer,
calamo imperavi. Ceterum à benevolo Lectore veniam obni-
xè rogo, si forsàn quædam à me minus accuratè prolata fuerint.
Hac amabili fiducia fretus, monitis cujusdam viri morem gerere
lubuit: in magnis etiam conatum laudabilem esse, & sufficere,
quandoquæ vel voluisse.

Deo Triuno sit Laus & Gloria!

Coronidis loco sequentes casus annectere lubet.

1.

Sempronius Titium Christianum appellavit Judæum, vel
Mauridem sive Moriscum, hic ob convitia illata actione injuria-
rum vel recantatoriâ adversus Sempronium experitur, opponit
reus exceptionem non competentis actionis, eo quod præfata
verba injuriosa non sint, quæstio oritur, num prædictis actioni-
bus locus detur? quod affirmatur contra *Joan. Parlador. lib. 1. rer.*
qvotid. c. 17. n. 24.

2.

Cassius in testamento ex asse scripsit heredem Scipionem
absentem, elapsis à tempore mortis testatoris triginta annis, he-
res scriptus redux factus, tabulis testamenti casu fortuito inspe-
ctis heredem à Cassio se designatum fuisse cognoscit, idcirco he-
reditatem adire contendit, vetat & resistit Africanus possessor
rerum hereditariarum sub prætextu, jus adeundi l. immiscendi
præscriptione longissimi temporis jam esse sublatum, litigium
hoc ad Tribunal Prætoris defertur, qui pro Africano sententiam
protulit, dubitatur, num rectè pronunciatum? dicitur

quod sic, contra *Meier. in C. J. A. lib. 29.*

tit. 2. §. 46.

D 3

Ut

UT vagus extremos currit mercator ad Indos,
Æquor arat lucrans, pauperiemque fugit.
Sic etiam quævis spernunt, instantque labori,
Artes qui vigili sedulitate colunt.
Ex horum numero quoque Te, SOMMERE, fuisse,
Ipse satis monstras; gratulor ergo Tibi.

*Ita Clarissimo ac Politiss. Dn. Dissertationis Autori
de profectibus egregiis animitus gratulatur*

PRÆSES.

SI vellet usus; certè origo congruit;
TE dicerem, de cujus ecce vinculis
SOMMERE ferram examinis reciprocas
Jure INSTITOREM. Quippe qui negotio
Instas gerendo, quod Tuis concredidit
Astræa curis. Illa mandatarium
Cautum, fidelem, alacriorisque ingen
Justi tenax & lege gratitudinis
Profectò honore munerabit debito.

*Ita confidit Nobilissimi Dn. Autoris Amici
svavissimi studiis*

GOTTFRIEDUS PFLAUMIUS.

Ad Clariss. Dn. Respondentem.

Sobricht anigt hervor / was bisanher verborgen /
Das Pfund und Wucher Geld / das Dier zu treuer Hand /
Die Eltern liessen nach; wie es sey angewandt
Erweist Hand und Mund; Dein tag-ja stündlich Sorgen
War nur auff Studien und Musen Werck gerichtet
Drumb kont es fehlen nicht / da Sorge sonst nichts thut /
Es musste Dier dein Fleiß erwerben grössers Guth.
So geht es dem der Müh / aus Musen Lieb / vernichtet
Ich / liebster Herzens Freund / erfreu' mich weil ich sehe
Wie Dier Gott Glück erzeigt und wünsche daß forthin
Sich Tausend fächtig noch vermehre Dein Gewinn:
All Unglück weich' von Dier / was dienlich / das bestehe
Solches setze setnem / als Bruder / geliebten
Freunde zu Ehren hinzu

TOBIAS MICHAËLIS Lips. Jur. Cand.

Stances.

A Monsieur Jean Matthias Sommer.

CHer Sommer, qu'avecque raison,
Ton nom nous marque la saison,
Par où la nature Commence
D'emmener à perfection,
Les fruits de sa production.
Que le Printemps montrait d'Avance.
Ton scavoir est en tel degrez,
Etas fais de sibeau progres,
Que pour Sortir d'aprentissage;
Sans quil eut ét é question,
De ce nouvel é chantillon,
Il n'en falloit pas davantage.
Si bien quil ne faut pas douter,
Qu'ayant sceu si bien profiter,
Tes soins ne soient payez de même;
Et Comme ad it un Empereur:
Mais vous mesmes, Voyez L'Authent
Tout à la fin de son proème.

En resmoignage de reconnoissance
& de Congratulation

THEODORE ANCKELMAN.

Eslacht der Principal, wenn der Factor ihm bringet
Den reichen GeldGewinst/ den ihm die Wahre gibt/
Es machet den Factor noch mehr bey ihm beliebt/
Wen er/was schwerlich war/ durch seine Müh' erzwinget/
Bald untergibt er ihm das Haus/ (a) bald seine Gelder (b)
Die ohne das zuvor dem Wucher zgedacht;
Bald setzet er ihn ein mit ganz vollkomner Macht
Auch über seinen Kram/ (c) ja Wechsel Tisch und Felder. (d)
Und wenn er dieß gethan/ so kan er ruhig leben/
Und dencket nicht mehr dran/ was ihm vor Sorge bracht/
Das ist er nuhn befreit durch den Factor gemacht/
Weil ihm wird in den Schoß fast schlaffend Zins gegeben
Ich irre nicht/ mein Freund/nachdehm ich recht erwege

Dein

(a) Struv. vol. 1. p. 730. (b) l. 5. §. 2. ff. de instit. act. (c) d. l. 5. §. 2. (d) d. l. & §.

Dein anvertrautes Haus/ den Sin und Bucher-Pfund/
 Welchs gar centesimen (e) hervor bringt durch den Mund/
 Nachdehm ich/ sage ich/ solchs alles überlege/
 Wenn ich ihn ebenfals/ als jenen würde loben
 Der du der Eltern Guht hast nützlich angelegt/
 Daß es schon albereit des Sinnes Bucher trägt.
 Wer sehn und hören will/ der schawe deine Proben/
 Den Meister lobet das/ was seine Hand bereitet:
 Dein zierlich Meisterstück verricht auch solche That/
 Und lobet satsahm den/ der es erfunden hat.
 Und noch dazu vor ihm auff offnem Plaze streitet
 Ich fremwe mich mit dehm/ der sich ob dich ergetet/
 Und wünsche Glück dazu/ Gott mehre fort bey dir
 Was du mit grossen Ruhm hast angefangen hir/
 Bisß Dir der Ehren-Kranz zum Lohn wird auffgesetzt.

(e) l. 26. s. 1. C. de Usur.

Dieses setete seinem vertrauten Brüderlichen
 Freunde und Gefehrten glückwünschend
 hinzu

Christian-Martinus Dorn/
 LL. Stud.

Dum, SOMMERE, Tibi commissum strenuus urges,
 Es *Institor* vocandus.
 A teneris dictus studiis, ea strenuus urges,
 Es *Institor* vocandus.
 Ipse Tibi stimulos addens Jus strenuus urges,
 Es *Institor* vocandus.
 Qvò lucrum captes licitum Jus strenuus urges,
 Es *Institor* vocandus.
 Et quid opus multis magnos cantare labores?
 Cum res loqvatur ipsa.
 Jam saltim ex animo grator Tibi, dulcis Amice,
 Precorqve fausta qvævis.

Hac, ut debuit, apposuit

Joann Caspar Pflaume/
 Ascaniens.

F I N I S.






ULB Halle
005 803 330

3



König





Ne 64, 6 / 7
8/11

...vente Gratia
&
...orum Ordinis

...nissu
...E
**...NE IN.
...ORIA,**

...tionem
**RESIDIO
RI**
simi & Excellentissimi
ECKOLTS,

Profess. Publ. Facult.
...essoris, &c.
atroni & Hospitis sui
venerandi,

...ndam proponit
ETHIAS Sommerl
...holfatus,
...OR
urorum Academia
februarii
...oc LXIV.

...IÆ,
ERICI HAHNII.

3,

6

L/2

